

das rebellantes terras rex Karolus convertit ani-
mum idque agit non sine multa sanguinis effusi-
one, quod Clementi pape non placuit. Fuit
enim vir benignus generaliter liberalis⁴⁾, rursus de-
licatus in contionando non habens votum, sibi
austerus, ceteris pius. Hic de palatio suo ubi erat
Viterbii videns transcurrentem Corradini miliciam
quasi prophetando ait dolendum super tali pueris
qui taliter deductus duceretur ad ultimum. Eodem
anno Bendogdar VII. Mariti cepit prodiisse Ty-
pem, XV. Aprilis castrum de Belfort; postea iit
Tripolim et destruxit vicidaria, deinde procecit
Antiochiam et XIX. Martii civitatem abque
ullo belli tumultu cepit et usque ad ⁱⁿ ⁴⁾ perso-
narum capta sunt et usque ad XVIII. milia occi-
sa sunt et facta est tam famosa civitas qua-
si solitudo deserti. Cepit etiam portum Bo-
nelli iuxta introitum Armenie. Sequenti an-
no rex Aragonensium⁵⁾ ad terre sancte ibat
morsuum; sed quarto die valida tempestate
suborta pene naufragium passus ad propria red-
iit. MCCXLIX vacante Romana sede atque
imperio rex Karolus se prosperare cernens ad
partes alias se dilatabat et filio suo Philippo
pro filiam principis Schaze accipiens princi-
patum acquisivit contraque Calalogum militis
militiam, que nunc prospere agit, nunc adversa
perpessa est.

XVII pars de paratio sancti Ludovici regis in
Tunisi um 1)

a) saginis =

b) erat?

c) centum milia. ++

d) XVII milia

e) aragon^m =

f) Die Überschrift glänzend rot.